



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CXVII. Die Knappen Günzel des Ritters Buffo, und Günzel, Günthers Sohn,  
von Bartensleben bekunden den Verkauf von Hebungen aus Andorf an das  
Kloster Diesdorf, am 3. August 1359.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

tres choros cum dimidio filiginis, in malstorp in curia wernekim rode alterum dimidium chorum filiginis cum pheodo tocius curie, in berghe in curia byles dimidium chorum filiginis et duos solidos, in curia valken dimidium chorum filiginis et duos solidos, vnum quartale filiginis cum vno solido de dimidio manso, quem nunc colit theolonarius in berghe, et duos solidos de area singhelmannes, in Priffir in Curia fabri dimidium chorum filiginis, vt autem hec permutacio et bonorum predictorum transposicio imperpetuum firma permaneat et illesa, presentes litteras dedimus nostris sigillis, videlicet prepositi, abbatisse et conuentus nostri, ex certa nostra sciencia sigillatas, sub anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo nono, feria quinta ante reminiscere.

Ungenau abgedruckt Codex I. 16. S. 431.

CXVII. Die Knappen Günzel, des Ritters Buffo, und Günzel, Günthers Sohn, von Bartenäleben befunden den Verkauf von Hebungen aus Andorf an das Kloster Diesdorf, am 3. August 1359.

Nos Guncelinus, filius Domini Buffonis militis, et Guncelinus, filius Gunteri, famuli dicti de Bertensleue, presentibus recognoscimus lucidius protestantes, quod vnanimi nostro consensu et omnium heredum nostrorum ac amicorum voluntate vendidimus et dimisimus necnon vendimus et dimittimus per presentes discreto viro domino Johanni dicto de buch preposito, Elizabeth priorisse et toti Conuentui sanctimonialium in Dyrtorp quinque choros filiginis minus sex modis et vnum talentum denariorum saltwedelgensium annuorum reddituum in villa annendorp, videlicet In curia Gherardi Coden vnum chorum filiginis et vnum talentum denariorum saltwedelgensium et duos pullos, In curia Heynonis dicti de Henninghe alterum dimidium chorum filiginis et duos pullos, In curia gherardi stenhus alterum dimidium chorum filiginis et duos pullos, In curia desolata decem octo modios filiginis et vnum pullum, cum omni Jure supremo et infimo, cum aduocacia, cum seruitio reali et corporali, In agris cultis et incultis, pratis, pascuis, filuis, nemoribus et aquis, perpetuis temporibus possidendos annisque singulis subleuandos pacifice et quiete. Volumus eciam predicta bona ab omni impugnatione defendere et a quauis inpeticione liberare ac in bono conseruare, donec iidem prepositus, Priorissa et totus conuentus sanctimonialium in dyrtorp sibi ea a domino nostro Marchione brandenburgenfi potuit appropriari. In Cuius testimonium nostra sigilla ex nostra certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>., die inuencionis beati stephani prothomartiris gloriosi, presentibus discretis viris arnoldo Kletzeke, Gherardo ghent, Nycolao godescalci, ciuibus in saltwedel, et aliis pluribus fide dignis.